novo. Noluerunt enim in vasticulis aliis eo anno procedere florentini et, credentes de comissis penitere senenses, potius volebant quiescere valde fessi et armorum vitare solatium, quiescentibus adversariis, quam aggredi graviora. Senenses vero contrarium pe-
1229 nitus sentientes eodem anno ceperunt castrum, Tornanum dictum, ipsum viriliter expugnando. Et cum detinerent turrim hedificatam in eodem, ecce florentini venientes recuperaverunt ipsam et reparantes casterum iam destructum illud custodibus munierunt per dies octo stantes ibidem.

1230 Anno sequenti cum esset omnibus manifestum guerram adhuc suos extendere palmites et esse peiore priorem diceretur errorem, a dominante tunc exivit edictum ut civitas et comitatus totus tam in romania quam in tuscia de omnibus pararetur. nichilominus etiam legati sunt constituti pro invitandis amicis ad idem et aliis per tusciam